


# AD LAUDES MATUTINAS

## Feria Quarta

Dómine, lábia mea apéries : Et os meum annuntiábit laudem tuam.

### Psalmus 66



1. De-us misere-á-tur nostri, et bene-*dí-cat* **no-** bis : \* illúminet vultum su-um super nos, et misere-á-tur nostri.
2. Ut cognoscá-mus in terra *vi-am tu-am* : \* in ómnibus géntibus salutá-re tuum.
3. Confiteá-ntur tibi *pó-pu-li De-us* : \* confiteá-ntur tibi pópuli omnes.
4. Læténtur et exsúltent *gen-tes* : † quóniam júdicas in *æ-qui-tá-te*, \* et gentes in terra dírigis.
5. Confiteá-ntur tibi pópuli *De-us* : † confiteá-ntur tibi *pó-pu-li om-nes* : \* terra dedit fructum suum.
6. Benedícat nos Deus, Deus noster, *benedí-cat nos De-us* : \* et métuant eum omnes fines terræ.
7. Glória *Pa-tri, et Fí-li-o, \* et Spíritui Sancto*.
8. Sicut erat in princípío, et *nunc, et sem-per, \* et in sácula sáculórum*. Amen.

## I. Ant:

A. VIIA



Ps. 50

**A**mplius lava me, Dómine, \* ab iniustí-ti-a me. a.



1. Mi-serére **me-** i **De-** us, \* secúndum magnam miser*icórdiam tu-* am.
2. Et secúndum multítudinem miserati*ónum tuárum*, \* dele iniquitátem meam.
3. Amplius lava me ab iniquitáte **mea** : \* et a peccáto **meo munda** me..
4. Quóniam iniquitátem meam **ego cognósc**o : \* et peccátum meum contra **me** est **semper**.
5. Tibi soli peccávi, et malum **coram** te **feci** : \* ut justificéris in sermónibus tuis, et vincas cum **judicáris**.
6. Ecce enim in iniquitátibus **concéptus** sum : \* et in peccátis concépit me **mater mea**.
7. Ecce enim veritátem **dilexí**sti : \* incérta et occúlta sapientiae tuae manifestásti **mihi**.
8. Aspérges me hyssópo, **et mundá**bor : \* lavábis me, et super nivem **dealbá**bor.
9. Audítui meo dabis gáudium **et laetítiam** : \* et exultábunt ossa humiliáta.
10. Avérte fáciem tuam a peccátis **meis** : \* et omnes iniquitátes **meas dele**.
11. Cor mundum crea **in me Deus** : \* et spíritum rectum innóva in viscéribus **meis**.
12. Ne projicias me a **fácie tua** : \* et spíritum sanctum tuum ne **áuferas a** me.
13. Redde mihi laetítiam salutáris **tui** : \* et spíritu **principáli** **confirma** me.
14. Dócebo iníquos **vias tuas** : \* et ímpii ad te **converténtur**.
15. Líbera me de sanguínibus Deus, Deus salutis **meae** : \* et exultábit lingua mea **justítiam tuam**.
16. Domine labia **mea aperies** : \* et os meum annuntiábit **laudem tuam**.
17. Quóniam si voluísset sacrificium, **dedísset** útique : \* holocáustis non **delectáberis**.
18. Sacrificium Deo spíritus **contribulátus** : \* cor contrítum et humiliátum Deus **non despícies**.
19. Bénigne fac Dómine in bona voluntáte **tua Sion** : \* ut aedificéntur **muri Jerúsalem**.
20. Tunc acceptábis sacrificium **justítiae**, oblati*ónes et holocáusta* : \* tunc impónent super altáre **tuum vítu**los.
21. Glória **Patri**, et **Fílio**, \* et **Spirítui Sancto**.
22. Sicut erat in princípio, et **nunc**, et **semper**, \* et in saécula saeculórum. Amen.


II. Ant:

Ps 63, 2



A

timó-re \* in-imí-ci é-ri-pe, Dómine, á-nimam me. am.



Psalmus 63

1. Exáudi Deus oratióne meam cum **déprecor** \* a timóre inimíci éripe **ánimam meam**
2. Protexísti me a convéntu malignántium \* a multitudíne operántium **iniquitátem**
3. Quia exacuérunt ut gládium linguas **suas** \* intendérunt arcum rem amáram, ut sagíttent in occúltis **immaculátum**
4. Súbito sagittábunt éum et non **timébunt** \* firmavérunt sibi **sermónem néquam**
5. Narravérunt ut absconderent **láqueos** \* dixerunt: Quis **vidébit éos?**
6. Scrutáti sunt **iniquitátes** \* defecerunt scrutántes **scrutínio**
7. Accédet hómo et cor **áltum** \* et exaltábitur **Deus**
8. Sagíttæ parvulórum fáctæ sunt plágæ **eórum** \* et infirmátae sunt contra éos línguae **eórum**
9. Conturbáti sunt ómnes qui vidébant **éos** \* et tímuit **ómnis hómo**
10. Et annuntiavérunt ópera **Dei** \* et fácta eius intellexérunt
11. Laetábitur iustus in Dómino et sperábit in **eo** \* et laudabúntur omnes récti **córde**
12. Glória Patri et **Fílio** \* et Spirítui **Sancto**
13. Sicut erat in princípío et nunc et **semper** \* et in sæcula **sæculórum. Amen.**

III. Ant.



I. Te de-cet hýmnus Dé-us in Sí-on : \* et tí-bi reddé-tur vó-tum in Jerúsa-lem. Flex : á- quis, †

2. Exáudi oratióne méam : \* ad te ómnis cáro véniet.
3. Vérba iniquórum praevaluérunt super nos : \* et impietátibus nóstris tu propitiáberis.
4. Beátus quem elegisti et assumpsisti : \* inhabitábit in átris tuis.
5. Replébumur in bónis dómus tuae : \* sánctum est témplum túum, mirábile in aequitáte.
6. Exáudi nos Déus salutáris nóster, \* spes ómnium finium térrae, et in mári lónge.
7. Praeparans móntes in virtute túa, accínctus poténtia : \* qui contúrbas profúndum máris, sónum flúctuum éjus.
8. Turbabúntur géntes, et tímébunt qui hábitant términos a signis tuis : \* éxitus matutíni et véspera deletábis.
9. Visitásti térram et inebriásti éam : \* multiplicásti locupletáre éam.
10. Flúmen Déi replétum est áquis, † parásti cýbum illórum ; \* quóniam ita est praeparátio éjus.
11. Rivos éjus inébria, multiplica genímína éjus : \* in stillicidiis éjus laetábitur gérminans.
12. Benedices corónae ánni benignitátis tuae : \* et cámpi tui replébúntur ubertáte.
13. Pinguéscant speciósa deséрти . \* et exsultatióne cólles accingéntur
14. Indúti sunt arietes óvium, † et váles abundábunt fruménto : \* clamábunt, étenim hýmnus dicent.
15. Réquiem aetérnam \* dona éis Dómine.
16. Et lux perpétua \* luceat éis.
17. Glória Patri et Fílio \* et Spirítui Sancto.
18. Sicut erat in principio et nunc et semper \* et in saecula saeculórum. Amen.

## IV. Ant.



A. 1. g.

D

Omi- nus \* iu-dicá-bit fines terra.



†:

1. Exultávit cor **meum** in **Dómino** \* exaltátum est cornu **meum** in **Domino**
2. Dilatátum est os meum super **inimícos meos**, \* quia laetáta sum in **salutári tuo**
3. Non est sanctus ut est **Dóminus** † neque enim est **álius extra te** \* et non est fortis sicut **Deus noster**
4. Nolíte multiplicáre **loqui sublíma**, \* **gloriantes**
5. Recédant vetera de ore **vestro** † quoniam **Deus scientiárum Dóminus** est \* et ipsi praelegantur **cogitatiónes**
6. Arcus fórtium **superátus** est \* et infirmi **accincti sunt róbores**
7. Saturati prius pro pane se **locavérunt** \* et famélici saturati **sunt donec**
8. Stérilis péperit **plúrimos** \* et quae multos habébat **filios infirmáta** est
9. Dóminus mortificat **et vivificat** \* dedúcit ad inférnum **et redúcit**
10. Dóminus páuperem **facit et dítat** \* humiliat **et súblevat**
11. Súscitat de púlvere **egénium** \* et de stércore **élevat páuperem**
12. Ut sédeat **cum princípibus** \* et sólium **glóriæ teneat**
13. Dómini enim sunt **cárdines terrae** \* et pósuit super **eos orbem**
14. Pedes sanctorum suorum **servábit** † et ímpii in ténebris **conticescent** \* quia non in fortitúdine **robordábitur vir**
15. Dóminus formidábunt **adversárii eius** \* super ipsos in **caelis tonábit**
16. Dóminus iudicábit fines **terrae** † et dabit impérium **regi suo** \* et sublimábit cornu **christi sui**
17. Glória **Patri et Fílio** \* et **Spirítui Sancto**.
18. Sicut erat in principio et **nunc et semper** \* et in saecula **saeculórum. Amen.**

V. Ant:



Æ-li cæ-ló-rum, \* laudá-te De-um.



Psalmus 148

1. Laudate Dóminum de **caelis** : \* laudate eum in **excelsis**.
2. Laudate eum omnes **Ángeli** eius : \* laudate eum omnes **virtútes** eius.
3. Laudate eum sol et **luna** : \* laudate eum omnes **stellae et lumen**.
4. Laudate eum caeli **caelórum** : \* et aquae omnes quae super caelos sunt laudent **nomen Dómini**.
5. Quia ipse dixit, et **facta** sunt : \* ipse mandávit et **creáta** sunt.
6. Státuit ea in aetérnum et in saeculum **saeculi** : \* praecéptum pósuit, et non **praeteríbit**.
7. Laudate Dóminum de **terra** : \* dracones et omnes **abyssi**.
8. Ignis, grando, nix, glácies, spíritus procellárum : \* quae faciunt **verbum** eius :
9. Montes et omnes **colles** : \* ligna fructífera et omnes **cedri**.
10. Béstiae et univérsa **pécora** : \* serpéntes et vólucres **pennátae**.
11. Reges terrae et omnes **pópuli** : \* príncipes et omnes iúdice **terrae**.
12. Juvénes et **vírgines** : † senes cum iuníoribus laudent nomen **Dómini** : \* quia exaltátum est nomen eius **solus**.
13. Conféssio eius super caelum et **terram** : \* et exaltávit cornu **pópuli sui**.
14. Hymnus ómnibus sanctis eius : \* filiis Ísraël, pópulo **appropinquánti sibi**.

